



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Antonii De Escobar Et Mendoza, Vallisoletani,
Societatis Iesv Theologi, Vniversæ Theologiæ Moralis,
Receptiores Absqve Lite Sententiæ nec-non
Problematicæ Disquisitiones ... Tomus ...**

**Escobar y Mendoza, Antonio de
Lugduni, 1652-1663**

7. De vitio contra naturam.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-80586](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-80586)

Secl. I. De Præcep. 6. & 9. Recept. Sent. 305

Duo requiruntur ad raptum violentiam & abductio causæ libidinis.
 violentia ipsi personæ rapta illata, vel iis, sub quorū est cura, vt parētibus, marito, curatori. Ad violentiā etiā refero doli, vel preces adeo im- portunas, vt violentiæ possint equiparari. Secū- dū abductio causæ libidinis, vel matrimonij. Vn- de raptū nō patribat, qui virginē repertā in do- mo patris, vel alibi, de ea domo non educit, sed illā inibi opprimit aut de vno in aliud cubiculū trahit, vt ibi illā cōmodius violet. Idē dixerim, si virginē in agrā repertā, inde trahat per ali- quot passus, vt abutatur. Secus si inde in aliquā domū deducat extra agrū illū, aut in aliū locū, Sanch. l. 7. de matr. d. 1. n. 3. Filiuc. tr. 30. n. 10. Mann. p. 1. sum. c. 23. n. 2. Gutier. de matr. c. 86. n. 9. Molina 10. d. 10. n. 3.

39
Abductio spū- sa per verba de futuro co- sentientis est aliquand. raptus ali- quando nō.
 Sponsæ per verba de futuro consentientis abductio iura ciuili est raptus, si parentes sal- tem sint inuiti. At iure canonico raptus non est, si abducatur ad consummandum cum ea matrimonium. Si verò abducatur ad turpē actū exercendum, vt fornicationis, vel ateriis libidi- nis. Contra matrimonium erit raptus etiam iure Canonico. At tamen si puella non consentiens abducatur ad finem consummandi matrimonij iure Canonico raptus non erit. Idē dixerim de traductione sponsæ per verba de presenti: quā- uis abducatur contra eius voluntatem, quæ spā- tio duorum mensium à iure concessio gaudere volebat, antequam matrimonium consumma- ret, crediderim esse raptum. Quia cum sponsa iure suo vtatur, maritus illi violentiam infert. l. 1. c. de raptu virg. l. Raptores, de Episc. & Cler. Azor. p. 1. l. 3. c. 1. Filiuc. tr. 30. n. 114. & 115.

40
Contra rap- torem pœna ciuili iurā.
 Si autem libeat scire in huius horrorem de- licti, quæ sint contra raptorem pœna. Iure Ci- uili communi raptor mulieris honestæ (seu quæ impedire non viuit) siue virginis, siue viduæ, siue coniugatæ, siue solutæ pœna mortis punitur. Eidem pœnæ subiacent, qui raptorem comitā- tur, & qui eum in ipso delicto raptus adiungunt: & permittitur raptorum parentibus, consan- guineis tutoribus, ac curatoribus raptorem, co- mites, & adiutores eorum impune interimere in ipso delicto comprehensos, modo eis suffi- cienter de flagitio constet. Quod si mulier rap- ta sit ingenua, tam raptor, quam comites eius omnibus suis bonis spoliantur, applicandis ipsi mulieri, (& si Monialis sit, Monasterio:) dum- modo rapta non consentiat in matrimonium cum rapto. Nam si consentiat, rapta paren- tibus applicantur: qui si consentiant, filio tra- duntur. Quando verò raptus est mulieris, quæ viuit honeste, tunc iure non est constituta pœ- na, sed raptor arbitraria punitur. l. Raptores, c. de raptu virg. Authent. de raptu mulier. collat. 9. l. Raptores, de Episc. & Cleric. Iul. Clar. l. 5. sen- tent. §. Raptus. Filiuc. tr. 30. n. 116. Azor. p. 3. l. 3. c. 15. & alij.

41
Pœna iuris Canonici.

Iure verò Canonico tres pœnæ raptoribus mulierum constituuntur. Prima est, vt raptor alienæ sponsæ publica pœnitentia mulctetur. Secunda, vt maneat sine spe coniugij; non est tamen impedimentum dirimens, sed solum im- pediens. Tertia, vt pœna seruitutis afficiatur; ef- ficatur enim seruus feminae raptae, cum facul- tate tamen seipsum redimendi pretio scilicet competenti. Quod si consenserit mulier in ab- ductione à domo paternā, sit seruus parentis mulieris cum facultate similiter se redimendi. c. Raptor, c. statutum 27. q. 2. c. de raptoribus. 6. q. 1.

42
 Verum iure nouo Tridentini tria pœnarum Escob. & Mend. Theol. Moral. Tom. IV.

generā contra raptorem præscribuntur. Prima est, vt raptor, & omnes consilium, auxilium, & fauorem præbentes sint ipso iure excommuni- cati, perpetuo infames, & omnium dignitatum incapaces. Ad quam pœnam Iudicis sententia non requiritur iuxta Bonacinam de matr. q. 4. p. 18. n. 10. Sed ex receptiori sententia est ne- cessaria. Si autem raptor rapta nubat in tuto so- cōstitutā & libere consentienti ab infamia raptor liberatur. Secunda est, vt raptor siue ma- trimonium contrahat, siue non cum rapta, tē- neatur ad eam decenter dotandam Iudicis ar- bitrio: quoad alia verò damna, iure natura etiā ante Iudicis sententiam tenetur. Tertia est, de- clarari irritum matrimonium inter raptorem & raptā, quandū rapta manet in raptoris pote- state, etiam si ipsa libere consentiat. Idem dicitur de sponsalibus. Vbi tamen fuerit separata, & tuto in loco posita, poterit nubere raptor, si velit. Trid. sess. 4. c. 6. Bonac. de matr. q. 4. p. 18. n. 10. Sanch. l. 7. de matr. d. 13. Molin. l. 1. de inst. d. 96. Lessi. l. 4. c. 3. dub. 9. num. 60. Filiuc. tr. 30. n. 118. Henric. l. 2. de matr. c. vlt. Coninch. de matrim. d. 1. dub. 3. n. 48.

Monuerim decretum Tridentini sess. 44. c. 6. solum comprehendere raptum, qui sit causa contrahendi matrimonij, non item eum, qui sit causa libidinis: & in eodem decreto solummodo il- lam speciem raptus puniri, per quam vis infer- tur puellæ, non autem parentibus: vnde scilla- tum consentiat, etiam si rapiatur, vim parentibus in- ferendo, validum erit matrimonium Sanch. l. 7. de matr. d. 13. n. 4. Diana de sacram. resol. 261.



CAPVT VII.

De vitio contra naturam.

44
Prima species est comprehensio raptus, qui sit causa inordinati inuendi.
 Contra naturam dicuntur ea, in quibus fit seminatio modis repugnantibus naturæ institutioni: & iuxta tales modos variantur spe- cies. Vnde prima Luxuria consummata contra naturam species est congressus inordinatus, seu innaturalis, siue inordinatus incumbendi modus: cum scilicet seruetur identitas speciei, diuersi- tas sexus, & debita naturæ organa: sed inordi- nato solummodo acceditur. v. gr. cum vir fue- eumbit, vel auerse accedit, pœcundum more, vel à latere, vel stando, aut sedendo, aliavē ratione insolita. Quod quidem est contra naturam mortale, quando adest inde periculum genera- tionis impediedæ, vt profundendi seminis. Alias si hoc periculum caveatur, aut non sit, eo quod matrix feminae satis attrahat semē, ac retineat, v. plerumque accidit: non erit actio contra, sed præter naturam: & veniale graue. Imò nul- lum erit peccatum, si grauis adsit occasio. v. gr. si mulier est prægnans, vel si corporis dispositio seu vtriusq; seu alterutrius aliter nō patitur. Fil- liuc. tr. 30. c. 8. q. 8. n. 137. & omnes cōmuniter.

Secunda species est Molities, siue pollutio, cum absque copula voluntariē procuratur flu- xus seminis siue id foras effundatur, vt in ma- tricem, siue intus in fluat in matricem, vt in feminis. Hoc peccatum præter propriam malitiam sæpè aliam habet adiunctam v. gr. fornicationis, adulterij, incestus, Sacrilegij, &c. cum quis scilicet simul imaginatur, ac desi- derat congressus alicuius personæ libere, con- iugatæ,

Cc 3 iugata,

iogata, cognata, vel affinis, vel voto castitatis adstricta. Quod si fiat in confessione est apertum omnibus.

46 Nuncquam est licitum intendere, aut procurare directe pollutionem, ne quidem causa sanitatis, aut vitandae aliis certae mortis. Quia natura administrationem seminis ex causa matrimonii in omni euentu homini denegauit: eo quod adeo vehemens sit in ea resensu voluptatis, ut homines passione excecati passim sibi facile persuaderet, habere se iustam causam seminis irritandi: unde plurima, grauissimaque vitia contra bonum commune, & in impeditionem generationis emergerent. Sanch. lib. 9. de matr. d. 17. Nauar. sum. cap. 16. & omnes.

47 Quia de distillatione, qua non est vera pollutio. Distillatio vero, quae est fluxus humoris quasi medij inter vinam ac semen (quorum coloris & viscositatis gerit similitudinem) sine ingenti illa delectatione, non est vera pollutio: et si proueniat siue omni sensu venerei commotione, ut quandoque fit: ea non est, magis laborandum, quam de sudore, (loquor cum Caetano) si vero fiat cum sensu carnis, & spirituum generationi seruientium commotione: tum ei cooperari, vel causam exhibere non est, vel est peccatum, idque veniale, vel mortale ad eundem modum, quo de pollutione dicitur. Sanch. lib. 9. de matr. d. 45. num. 32. Layman. lib. 3. sect. 4. num. 18.

48 Quia si semen in materiam venosam transiit, licet eam medicamentis expellere, et si praeter intentionem aliqua veri seminis sequatur emissio. Quia tunc rei licitae opera impenditur directe, non autem veri seminis profusioni. Trull. lib. 6. Decal. c. 1. d. 8. §. 1. Filliuc. tr. 30. n. 150. Sanch. lib. 9. de matr. d. 17. n. 16.

49 Non tenetur quis impedire pollutionem suam si non venientem. Minime quis tenetur impedire pollutionem suam sponte euenientem, aut iam ceptam v. g. in somno reprimere, sed potest sanitatis causa finere, ut natura se exoneret: dummodo absit periculum consensus in voluptatem, nec voluntarie eum fluxu promoueat. Quia id non est procurare, sed pati, ut effluat semine, quod aliis corruptum laederet sanitatem. Unde id admittere, etiam si orta esset prius ex culpa, modo de ea doleas, & vltiorem consensum abstrahas. Sanch. lib. 9. de matr. d. 17. §. 17. addens, plerumque expedire, munire te quae, & sine alio tactu, quietis manibus, Deum rogare, ne lapsu in delectationem permittat. Trull. lib. 6. Decal. c. 1. d. 10.

50 Licet optare ob bonum finem naturalem pollutionem. Ob finem honestum, v. g. minuendam tetentionem, sanitatis, tranquillitatis animi optare simplici affectu spontanea, & naturalem naturae exonerationem; modo desiderium illud non sit causa efficax pollutionis. Similiter licet etiam de ea gaudere via naturali, & sine peccato facta. Quia illius desiderij, & gaudij obiectum non est malum. Attamen desideria huiusmodi simplicia, inutilia sunt, nec periculo aliquando carent: ideo ab eis abstinendum. Lessi lib. 4. d. 14. num. 15. & alij.

51 Non tenetur quis rem necessariam impedire, si non sit in peccato. Si acturus rem aliquam necessariam, vel licitam, & honestam, praevides, inde naturaliter sequitur pollutionem, quam tamen nullatenus velis, nec intendis, tunc modo absit consensus in delectationem periculum, non teneris a tali actione abstinere. Quia prolequenti suum ius non imputatur effectus per accidens, & praeter intentionem secutus. Hinc non obstante pollutionis periculo licet, foeminarum confessiones audire, casibus conscientiae huiusmodi studere, agere

se ex necessitate, foeminas caute, & cum necessitate alloqui, ut ulari, & amplecti iuxta patris morem, si aliqui in civilis esse habedus. At si periculum esset consentiendi in delectationem, (quod inde colliges, si sepius ex simili occasione mortaliter sis lapsus) a causa illa quantumvis licita debes abstinere. Proinde tali in casu confessarius officium relinquere tenetur. Filliuc. tr. 30. n. 150. Sanch. lib. 9. de matr. d. 41. Nauar. sum. cap. 16. Laym. l. 3. sect. 4. n. 6. Qui quidem monet, eos, qui actionibus honestis, & vtilibus tale miseriam experitur, facilius liberari contemnendo, quam estimando. Quia imaginatione, & timore aliolet augeri.

52 Mortale est non abstinere a re illicita, si qua praesentatur de lectione pollutionis. Si ex re illicita, otiosa, vel minus necessaria, pollutio secutura praevideatur, & haec sit causa propinqua ex natura sua ad venerem ordinata, ut sunt tactus luxuriosi, aspectus, lectio, auditio, locutio turpis: mortale est, ab illa non abstinere. Quia in ea consentiens mortaliter in effectum consentire ceterum. Porro si res illa sit causa tantum remota, per accidens tantum ad pollutionem, concurrentem, v. g. efusus, aut potus calidus, equitatio, confabulatio inutilis, ebrietas etiam mortalis (modo quis pollutionem non intendat, & venerei consensus absit periculum) secuta pollutio non est mortale. Quia tali rei consentiens, non ideo velle effectum ceterum. Sanch. lib. 9. de matr. d. 45. Lessi. l. 4. cap. 3. dub. 14. Filliuc. tr. 30. n. 181. Diana p. 5. tr. 1. 3. resol. 4. Hanc ex Doctoribus regulam cape: Pollutio in causa voluta tantum est peccatum, quantum est ipsa. Unde si causa est peccatum mortale, etiam ipsa mortalis erit: si veniale, nec veniale: si vero causa nulla sit peccatum, nec ipsa peccatum erit, dummodo semper periculum consensus excludatur. Unde venialis erit, v. g. pollutio, quae provenit ex lectione curiosa, vel aspectu per se non mortali. Bonac. de matr. q. 4. pun. 10. Trull. lib. 6. Decal. c. 1. dub. 9. ex Lopez, Henric. & Valq. Diana p. 1. tr. 1. resol. 56.

53 Quod non polluitur in somno si antea directe, vel formaliter est procurata, & causa retractata non est. Vel si post somnum placuit, & approbata est propter venerem delectationem, alias non. Trull. lib. 6. Decal. c. 1. dub. 9. n. 9. Filliuc. tr. 30. num. 148.

54 De mortis pollutionis in re mortali, vel foemina. Mutua pollutio inter viros, vel foeminas procurata, si fiat ex solo affectu ad venerem libidinem absque concubitu, tantum erit mollescit. Si vero fiat ex affectu ad personam illam indebiti lexus (praesertim si adsit aliqua coniunctio, & commixtio corporis), est quoad malitiam sodomia. Filliuc. tr. 30. cap. 8.

55 De sodomia imperfecta. Tertia luxuria consummata contra naturam est sodomia, imperfecta scilicet, & perfecta. Sodomia imperfecta est congressus cum debito quidem sexu, maris nempe cum foemina, sed extra vas naturale. Potest hac simul alias malitias involuere, nempe adulterij, si cum coniugata fiat: incestus, si cum consanguinea geratur, & c. Bonac. de matr. q. 4. punct. 1. num. 1. Filliuc. tr. 30. num. 158.

56 De sodomia perfecta. Sodomia perfecta est congressus duorum eundem sexus, ut maris cum mare, foeminae cum foemina. Et potest habere etiam alias malitias adiunctas, v. g. incestus. Quo in casu non est necessarium cognationis gradum in confessione explicare; sed satis erit dicere: Coini cum consanguineo, vel affini. Quia nec miscetur caro, nec contrahitur affinitas, nec linea variat speciem. Me citato, noster Bulembaum l. 3. tr. 4. c. 2. dub. 3. Quarta

ELSCOBAN
Theol. Mor.
Tom. III. IV
E. IV

Secl. I. De Precept. 6. & 9. Recep. Sent. 307.

57
De Bestialitate.

Quarta species est Bestialitas gravissimum quidem peccatum: estque congressus in quo non servatur identitas speciei: v. gr. si homo coeat cum bestia, siue eiusdem sexus sit, siue non. Neque opus est explicare in confessione, qualis, seu cuius speciei fuerit. Quia est differentia tantum materialis, & in genere entis: non autem formalis, & in genere moris. Sic, me etiam citato, Busembaum l. 3. tit. 4. c. 2. dub. 3. Filliuc. tr. 3. o. n. 131.

58
De Luxuria cum demone incubo, vel succubo.

Huc reuocatur peccatum cum demone succubo, vel incubo. Cui quidem superadditur malitia contra Religionem, & praeterea etiam sodomia, adulterij, vel incestus, si affectu viri vel mulieris, sodomitico, adulterino, vel incestuoso, cum demone quis coeat. Bonac. de matr. q. 4. p. 1. 1. Filliuc. tr. 3. o. n. 162.



CAPVT VIII.

De Sacrilegio.

59
Quid sacrilegium in materia Luxuriae quod fiat.

SACRILEGIUM peccatum est Luxuria, quo persona Deo dicata, vel locus sacer, vel alia res sacra per venereum actum fodatur. Potest fieri quinque modis. Primò, si persona sacra in turpe opus extrenum, vel etiam in delectationem internam consentiat. Quia violat suam sanctitatem personam, quae in eo sita est, quod Deo per castitatis votum sit consecrata. Secundò, si persona non sacra in turpe opus circa personam sacram consentiat. Tertiò, si utraque sit sacraturae autem duplex est sacrilegium. Quartò, cum sit actus venereus circa aliam rem sacram, vel eius interuentu: vt olim quidam haeretici gesserunt sperma calice, horribili profusus Sacrilegio, excipientes. Quinto, si venereus actus fiat in loco sacro illicitè, vel licitè, vt in conjugatis, sed absque necessitate. D. Tho. 2. 2. q. 154. a. 10. Azor. p. 3. c. 27. q. 8. Lessi. l. 4. c. 3. dub. 12. n. 34. Filliuc. tr. 3. o. n. 121.

60
Quid nomine loci sacri habeatur in materia intelligatur.

Nomine loci sacri hac in materia intelligitur Ecclesia consecrata, vel benedicta, coemeteria, & Oratoria auctoritate Episcopi constituta, & ad diuinum cultum deputata. Secus dixerim de oratorijs priuatis non constitutis Episcopi auctoritate, Monasterijs, dormitorijs, Religiosorum cubiculis. Quia quamuis sint sacra loca, ita vt gaudeant Ecclesiae immunitate: non tamen ita sunt Sacra, vt copula, vel pollutio in illis habita specialem praeseferat malitiam. Illud autem spatium Ecclesiae dicitur locus sacer, quod ad interius eius corpus spectat à tecto interiori vsque ad pavementum. Vnde nec Sacrilegium esset, nec locus Sacer violaretur, si copula supra tectum, vel extra parietes Ecclesiae, vel in loco aliquo subterraneo haberetur, modò non sit sepultura, vel in turri, quod vulgò campanae dicitur, vel in Sacraria, aut cameris Ecclesiae adhaerentibus; vel in porta, Templi extrinsecus, id est extra lineam, quam valuae attingunt, modò limen ad coemeterium non spectet, vel in Ecclesia diruta. Nauarr. sum. c. 16. n. 32. Sa. o. Ecclesia. Sanch. l. 4. de matr. d. 15. n. 24. Graf. p. 1. l. 2. c. 48. Reginal. l. 2. g. n. 182.

Suar. to. 1. de Religi. l. 3. c. 5. Filliuc. tr. 3. o. n. 135. Sylui. 2. 2. q. 154. a. 10. Fagund. de prac. Eccl. l. 4. num. 32.

Ex suo genere Sacrilegium peccatum est lethale. Quia per illud fieri solet grauis Numini celesti iniuria, aut rebus sacris. Vnde mortale est Sacrilegium, quando ex contemptu rei sacrae vel cultus ad quem refertur procedit: vt cum haeretici vasa sacra, Sacramenta, altaria, Tempia, imagines Sanctorum, reliquias, & similia violant: cum Sacerdotes, Religiosos, vel alios viros Ecclesiasticos, qui tales sunt, male tractant, contumelijs afficiunt. Item mortale sacrilegium est, quando fit aliquid in materia grani, quod peculiarem repugnantiam habet cum sanctitate: vt si habens votum castitatis, fornicetur: si actus maritimonij fiat in loco sacro extra casum necessitatis. Necnon quando ex ignorantia vel negligentia crassa fit aliqua rei sacrae grauis iniuria: v. gr. si quis male baptizet, consecret, absoluat: si in irregularitate, vel censura ordinetur, vel ordinetur: si in peccato mortali vel excommunicatione Sacramenta conficiat, aut recipiat: & alia huiusmodi. Ratione autem inadherentiae, vel paruitatis materiae, sacrilegium potest esse veniale, vt si quis leuiter percutiat Clericum, vel rem parua in Ecclesia furetur. Notandum verò, quando sacrilegium est mortale, poenitentem non satis facere dicendo, se toties Sacrilegium commisisse: sed teneri materiam, circa quam Sacrilegium gessit, manifestare. Quia non omnia Sacrilegia sunt eiusdem speciei; aliter enim Sacramenta sunt sacra, quam calices, aut vestes. Equidem Sacrilegium potest cum alijs Luxuriae peccatis colligari: potest enim Incestus esse Sacrilegium, si in loco sacro fiat, vel cum persona voto castitatis illigato. Bonac. ro. 2. d. 3. q. 6. p. 1. vni. Nauarr. sum. c. 16. n. 1. Sanch. l. 4. de matr. d. 15. Lessi. l. 2. c. 45. dub. 4. Reginal. l. 19. n. 58.

Porro per libidinosum desiderium, vel turpem contactum absque pollutione, non committitur sacrilegium ex loci sacri Religione, nisi quando desiderium tenderet ad copulam in loco sacro gerendam, quod raro continget: vel contactus turpis esset et pollutionis periculo. Quando verò absolute desideratur femina in Templo, nec distinguatur, an copula desideretur gerenda in Templo, vel extra, non est Sacrilegium. Quia desiderium illud iudicandum est secundum communem, & ordinatum concupiscentiae modum, qui quidem est, vt extra Templum fiat: secus si habuit intentionem habendi copulam in Ecclesia; haec enim intentio est eiusdem rationis cum actu externo, qui imbibit specialem Sacrilegij malitiam in confessione exprimentam, cum sit sufficiens ad pollundam Ecclesiam, si actui addiceretur. Ratio autem, cur per contactum turpem absque pollutione non patratu Sacrilegium, est, quia Ecclesiae violatio non est de iure naturae, nisi si de iure naturae esset quocumque lethali crimine violaretur: sed de iure positio. Ergo solum violabitur in casibus à iure expressis: verum in iure solum exprimitur sanguinis, ac seminis effusio: Igitur Ecclesia iis solum, & non alijs actionibus, violatur. Atqui tactus impudicus, nisi sequatur pollutio, non est effusio seminis: Ergo Ecclesiam non violat. Nauarr. sum. c. 16. n. 3. Fagund. de prac. 2. l. 4. c. 4. n. 31. Sylui. 2. 2. q. 154. a. 10. Diana p. 2. c. 4.

61
Sacrilegium hoc ex suo genere est lethale.

62
Per libidinosum desiderium non fit Sacrilegium ex loci sacri Religione.